

[6.] habuerunt et pecuniam totam, quam pro cabella dictae secretie
et pro cabella iurium et proventuum dicti salis dicti secreti
computatis dictis augmentis factis per eos tam in secretia
quam in ipsis iuribus et proventibus salis predicto modo, et
superius est expressum, curie nostre dare et solvere conven-
erunt, per quatuor terminos presentis anni II. iudiciorum
predictae, singulis videlicet tribus mensibus quartam partem
secundum usum et consuetudinem doane et predictam quan-
tatem victualium et vini, quam dare convenerunt pro pre-
dicta secretia debitis et consuevis temporibus iurisdictioni nostre
curie vel quibus mandavimus, integraliter exhiberent, sicut
predecessores eorum in dicta cabella hactenus exhibuerunt
et solvere debuerunt. Ita quod in fine undecimi mensis
presentis anni II. iudiciorum nichil de tota predicta
quantitate pecunie tam cabelle ipsius secretie quam
salis et de tota predicta quantitate victualium et
vini nostre curie remaneret penitus ad solvendum.

[306] 1314

[7.] stetit etiam iuxta curiam nostram et eo, quod
de singulis rebus et mercibus, quas tempore cabelle
eorum curiam nostram emere vendere vel per mare
mittere seu extrahere contingeret, et quos nuntii etiam
magnatum ad nostram presenciam venientes pro usibus
eorum et fauiliarum etiam eorundem emerent vel
venderent in eisdem partibus, nullum ius doane
fundici statere et exiture vel exactionis cuiuslibet
qui secreti vel cabelloti et subofficiales eorum exigere de-
berent vel possent, et nullam proinde per eos excom-
putacio nostre curie preponeretur.